



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XIX. De Rerum Permutatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

Juris quo fundus alicui cum translatione domini
lis conceditur sub triplici lege; videl. meliorationi
præstationis annui Canonis, & non alienandi, &
præscitu domini directi.

QUÆRES 6. Ob quam causam emphyteu-
sis amittatur? Respond. Eam ex triplici Causa
amitti: 1. Ex causâ non soluti Canonis, in emphy-
teusi ecclesiastica per biennium in sæculari per tri-
ennium. *cap. potuit b.t. § l. 3. Cod. de jure emphyteu-*
cum de jure Canonico admittatur purgatio mor-
tis non item de jure Civili. 2. Ex causâ deteriora-
tionis notabilis *l. fin. Cod. b.t.* 3. Ex causâ vendi-
tionis factæ irrequisito Domini directi consensu &
curâ traditione.

OBJICIES. Emphyteuta potest jus quod
in re habet alteri irrequisito Domini consensu dona-
re, *l. 219. ff. de V. S.* ergo & vendere. Respond.
Concess. anteced. N. conseq. ratio est quod Do-
mino directo non sit timendum tantum periculum
in donatione quam venditione, cum majori delibe-
ratione donare quam vendere soleamus.

TITULUS XIX.

De

Rerum Permutatione.

QUÆRES 1. Quid sit permutatio? Re-
spond. Nomen permutationis licet pro-
prium, ad hoc certam aliquam speciem
Contractus efficere videatur, nihilominus generale
est, & contractibus innominatis annumeratur, cum
qui

quivis Contractus ultro citroque obligatorius sit, quædam permutatio. definitur contractus innominatus Juris gentium bonæ fidei, re & consensu perfectus, quo una certa species vel potius individuum pro aliâ certâ specie v. gr. fundus pro domo permutatur; differt à plerisque aliis contractibus quod per ipsam transferatur dominium non usus; ab emptione, quod non solo consensu, sed interventione rei perficiatur; à Contractu innominato do ut des, quod permutatio sit speciei ad speciem v. gr. hic fundus pro hac domo, contractus vero do ut des sit generis ad genus; nisi cum probabiliori respondere velis, permutationem à do ut des non distinguere ut inquit Zoes. ad l. 5. §. 1. ff. præscript. verb. Dices Contractus qui habet certum nomen in iure est nominatus: hoc habet permutatio, ergo. Respond. Habet nomen certum sed generale non specificum.

QUÆRES 2. An ad permutationem rerum ecclesiæ immobilium necessariae sint solennitates tit. 13. requisitæ? Respond. Affirmat. Ratio est, quod prohibitio canonica indistinctè loquatur de omni alienatione, cum igitur permutatio haud dubiè sit species alienationis etiam illa prohibita censetur.

QUÆRES 3. An spirituale pro spirituali permutari possit. Respond. Affirm. Licet enim res spiritualis cum temporali permutari nequeat, recte tamen spirituales cum spiritualibus v. g. beneficia cum beneficiis permutantur, etiam addito pretio ad æqualitatem fructuum & reddituum compensandam cap. 5. §. 6. h. t. Ratio est, quia iure non prohi-

prohibentur, nisi pactiones in honestæ quales colla-
cententur illæ quibus temporale datur pro spiri-
tuali.

QUÆRES 4. An in omnibus beneficiis eccle-
asticis locus sit permutationi? Resp. Omnia bene-
ficia permutari posse, in quibus ius quæsitum ha-
bent permutantes, qualia non sunt beneficia litiga-
ta, modò permutatio fiat de consensu eorum quo-
rum interest, scil. patronorum.

QUÆRES 5. Quid si permutatio benefici-
orum v.gr. Parochiarum fiat. auctoritate superio-
ris, qui eam ex certis & rationabilibus causis neces-
sariam iudicat, patronus autem consentire nolit.
Respond. Hoc casu sufficit consensum petuisse. Vid.
*Quarant. in summ. Bullarii verb. beneficiorum permuta-
tio.*

TITULUS XX.

De Feudis.

QUÆRES 1. Quid sit feudum? Respond.
Feudum est benevola concessio rei immobili-
cum translatione domini utilis, sub obliga-
tione fidelitatis & honesti obsequii personalis exhiben-
di; is qui feudum concedit Dominus feudi,
vulgo der Lehenherr vocatur, qui illud accipit vasa-
llus dicitur. differt ab emphyteusi, 1. Quod orta de
feudo controversia ab ipso domino dirimatur, quod
fecus est in emphyteusi 2. quod vassallus seu vasa-
llus sine consensu Domini oppignorare nequeat, possit
tamen emphyteuta. 3. Quod in feudo foemina non